



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

3. Religiosus qui fragilitati cedens foeminam vilem cognovit, quae id sibi honori ducens illum infamat, potest illam licetè occidere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

4. **H**anc sed alius ab inventore auctor  
solam veram & oppositam impro-  
bablem asserit, quo tamen non obstante  
tanquam improbabilis & scandalosa, ab Uni-  
versitate Lovaniensi, & sede Apostolica anna-  
& diebus, quibus supra, condemnata est.

### PROPOSITIO III.

*Religiosus, qui fragilitati cedens fami-  
nam vilem cognovit, qua id sibi hono-  
ri ducens illum infamat, potest illum  
licite occidere.*

5. **C**vjus, si rationem inquiras, non alia  
quam quod talis religiosi (preser-  
tim si sit Prælatus aut in dignitate confusu-  
tus) fama & honor pluris fiat, ex moralia illi-  
matione, quam vita viliis fœminæ, adeoque  
pro illa conservanda, hæc prodigi poterit  
sed huic opponitur *Regula à S. Augustino*  
mox allata, & naturalis bonorum naturalium  
um subordinatio, in qua primum locum bo-  
na animæ, secundum corporis, tertium li-  
mæ, & quartum fortunæ obtinent, que nū  
alio

aliud lex, vel justus judex secundum allegata & probata judicaverit, observari debet. Ut si leam quam indignum sit ejusdem iniquitatis reum privatâ authoritate in Complicem sibi officium Judicis, Executoris & Carnificis, arrogare: nec accusatum, nec citatum, nec auditum, contra jus divinum, & naturale, ne reliquo quidem pœnitentiæ tempore, quoad animam simul & corpus, ob vanam famæ lux existimationem trucidare. Quod si adulteræ à marito in crimen deprehensa licitum est eundem se ob hanc causam interficere volentem etiam præveniendo ob vitæ lux defensionem occidere, hac de causa quia si in tali occasione privata authoritate judicis & executoris officium sibi arrogat utique pari & majori jure id defloratae in defloratorem etiam Religiosum licitum erit. Ex quo quales consequentiæ deriventur quis facile conspicit.

#### PROPOSITIO IV.

*Licet occidere Invasorem etiam fugientem post alapam impactam, aut illatam illic columniam.*

S

Propo-